Adrian Denss

Florilegium
1594

FLORILEGIVM
OMNIS FERE GENERIS
CANTIONVM SVAVISSIMARVM
AD TESTVDINIS TABVLATVRAM AC-
COMMODATARVM, LONGE IVCVN-
DISSIMVM.

IN QVO PRÆTER FANTASIAS LEPIDISSIMAS, continentur diuersorum Authorum cantiones selectiſsimæ, vtpote: Motetæ, Neapolitanæ, Madrigales triũ, quatuor, quinq, sex vocum. Item Paſſemezi, Galiardæ, Alemandi, Courãtes Voltæ, Branles, & eius generis Choreæ variæ: Omnia ad Teſtudinis tabulaturam fidelter redacta, per

Adrianum Denſs.

Indicem cantionum & chorearum poſt præfationem videre licebit.

COLONIÆ AGRIPPINÆ.

Excudebat Gerardus Greuenbruch. Anno redemptionis,

M. D. X C I V.

Teil 2
Stücke für Laute solo

TREE EDITION

Adrian Denss

Florilegium
1594

Reproduktion
in 90% der originalen Grösse
nach dem Exemplar
im Besitz der
Stadt Leipzig
Städtische Bibliotheken
Musikbibliothek
(Signatur II.2.38[a])

Teil 2

Stücke für Laute solo

© 2009
TREE EDITION
Albert Reyerman

FLORILEGIVM
OMNIS FERE GENERIS CANTIONVM SVAVISSIMARVM AD TESTVDINIS TABVLATVRAM ACCOMMODATARVM, LONGE IVCVNDISSIMVM.

IN QVO PRÆTER FANTASIAS LEPIDISSIMAS, continentur diuerſorum Authorum cantiones ſelectiſſimæ, vtpote: Motetæ, Neapolitanæ, Madrigales triũ, quatuor, quinq;, ſex vocum. Item Paſſemezi, Galiardæ, Alemandi, Courãtes Voltæ, Branles, & eius generis Choreæ variæ: Omnia ad Teſtudinis tabulaturam fideliter redacta, per

Adrianum Denſs.

Indicem cantionum & choræarum poſt præfationem videre licebit.

COLONIÆ AGRIPPINÆ.

Excudebat Gerardus Greuenbruch. Anno redemptionis,

M. D. X C I V.

AD PHILOMVSEN.

MVLTA quidem mihi hic ratione huius mei inſtituti dicenda forent, Candide Philomuſe, quæ ad excuſandam audaciam meam in editione huius opelli noſtri aliquod pondus habere poſſent, præſertim cum lubens & ingenuè fatear, me tam in pulſanda teſtudine quàm in ipſa Muſica nihil aut parum intelligere aut præſtare poſſe; Sed ne prolixus ſim, non leuem excuſationem promerebitur quod non proprio motu, aut leui aliqua præſumptione adductus, ſed plurimum Amicorum meorum importunis efflagitationib. ad hanc editionem quaſi coactus ſum; qui ſcientes me in Muſicis cantionibus ad Teſtudinis ſcalam redigendis ſummopere ſemper delectatum fuiſſe, non ceſſarunt me quotidie inſtigare, vt manum operi admouerem, Quod eò iubentius à me præſtitũ eſt, quod cum difficilè ac tædioſum eſſet, in gratiam illorum, Cantionibus deſcribendis me vt plurimum occupari, hac via effectum iri ſcirem vt multis multa commodiſſimè communicarentur. Neque enim hic noſter labor qui exiguum artificij habet (niſi, quod ipſę Muſicales partes excellentiſſimæ ſunt, à diuerſis Excellentiſſimis Authoribus compoſitæ & promulgatæ) pro peritioribus ac emeritis Citharedis, ſed ſolummodo pro tyronibus & incipientibus impenſus eſt, quos ſpero hinc parum aut multum emolumenti percepturos, ac inter tam varias ac diuerſas Cantiones nonnullas futuras quę ijs non penitus diſplicebunt. Quod ſi ſecus accidet, turpe tamen fuerit eos ab hac arte feriari, dum præter hoc noſtrum Florilegium ſat ſuperque exercitij & recreationis inuenient in pratis peritiſsimi, & id genus Muſices experientiſsimi Emanuelis Hadriani, qui quam fœliciter hac in arte verſatus ſit omnibus notum eſt. Cogitaueram plura adiungere ex Luca Marenzio, G. Maria Nanino & pluribus alijs famoſiſsimis Muſicis, ſed præter opinionem comperi volumen noſtrum ad eam quantitatem excreſcere vt neceſſe eſſet vela contrahere. Hunc ergo noſtrum laborem Candide Philomuſe æqui boniq; conſule, ac hoc noſtro qualiquali Florilegio fruere, quod ſi intellexero læta fronte à te exceptum eſſe, breui plura quæ non minus ad aurem, à me expectabis. Vale:

IN ZOILVM TETRASTICHON M.G.M.G.

Optima cum ſemper ſoleat mordere, quid obſtat
Momus quin noſtrum mordeat ater opus?
Primitias rudibus poſui: hinc mentem precor æquam
Iudicis, inuidiam Zoile tolle tuam.

ALIVD IN ZOILVM I. L. R.

Dum digitis animare fides & pellere curas
Nos tuuat & ſocia iungere voce melos;
Tu digitos corrode tuos, (ſi fers male) vanis
Obrutus & curis, inuide Momе fleas.

PANEGYRIS

AD ORNATISSIMI ET MVSICES PERITISSIMI ADRIANI DENSS FLORILEGIVM SVAVISSIMVM. SCRIPTA A

M. GVLIELMO MAIO GOTTINGENSI SAXONE. MVSICES AMATORE.

SI quid lætitiæ DEVS, aut NATVRA, dederunt,
Quod mœsto curas pellere corde queat:
Hoc VENVS, aut VINVM facit, aut Testudo leuamẽ
Curarum, nihil his gratius esse reor.
Verum cum tristi non sint sine felle priora,
Blanda dabit solùm gaudia vera CHELYS.
Quippe cui tribui vix digna Encomia possunt,
Hanc si pro merito quis celebrare volet.
Thracius hac ORPHEVS flammas ACHERONTA sonantem
Compulit, EVRYDICEN reddere sponte suam.
Hac quoq; Delphinos mouit diuinus ARION,
Per pelagi præceps dum raperetur aquas.
Nec minus AMPHION Thebanæ Conditor vrbis,
In muros lapides hac iubet ire rudes.
Regius hac PSALTES IOVAE celebrauit honores
Et lemures stygios fecit adire lacus.
Hos habet effectus, regum decus atq; voluptas
TESTVDO, ætherea quam dat ab arce DEVS
Hanc si quis demens, odio contemserit artem
Non homo sed saxum, truncus & arbor erit.
Nonne Neoclides celebris dum plectra recusat,
Credatur & reliquis artibus esse rudis?
Nemo suos igitur putet impendisse labores
Se male, qui didicit plectra mouere manu.
Hinc quidquid laudis fidibus tribuêre Poëtæ,
Id totum tribuo culte ADRIANE tibi.
Perge igitur fractas dulci modulamine mentes
Erigere, & curas mente fugare graues.
Et velut Eurydicen ORPHEVS reuocauit ab orco
Sic reuocent nomen sæcula mille tuum.

AD LECTOREM EXHORTATIO EIVSDEM.

SI te suaui sonum melos iuuabit
LASSI, quo valeas Choros leuare:
Vel si sollicito, doloris expers,
Optes ex animo fugare curas:
En hortum, varijs rosis refertum,
Quo MARENTIVS, Ausonum superbæ
Cantat gloria, vix habens secundum.
Quo blandè modulatur ATHESINVS
LECHNERVS; simul hic Chelyn sonoram
Pulsat VECCHIVS, arte non ineptus.
Quem magno studio, & labore multo,
Congessit benè, Denssius peritus.
Hunc paruo tibi comparabis ære;
Nec quid lætitiæ amplius requires.

REVERENDO, ILLVSTRI, AC GENEROSO DOMINO D. ARNOLDO EX COMITIBVS DE MANDE'RSCHEIDT ET BLANCKENHEIM, BARONI IN IVNCKERAID ET DAVN&c. METROPOLITANARVM ET CAthedralium Eccleſiarum Treuiren. Præpoſito. Colonien. & Argentinenſis Scholaſtico, nec non D. Andreæ Eccleſiæ Colonien. Præpoſito. Domino ſuo clementiſs.

SI vlla inter ingenuas diſciplinas, Reuerende, Illuſtris ac Generoſe Domine, inuenitur ſcientia, quæ liberalis aut nobilis appellari poteſt, illa profectò erit MVSICA, eiuſdemq; filia diuina Teſtudo; cuius vt antiquitatem taceam, tanta eſt dignitas, tanta nobilitas, tantaq; apud omnes omnium temporum populos habita exiſtimatio, vt ſi huius cultores, qui non tam docti & literati, quàm Principes extitêre, omnes recenſere conarer, verendum mihi eſſet, ne citius Illuſtriſsimam generoſitatem veſtram tædio afficerem, quam penſum meum enumerando abſoluerem. Quis enim Orpheum & Linum, ambos, vt Poetę teſtãtur clariſsimi, Dijs genitos, huius ſcientiæ non ſolum amatores, verum etiam peritiſsimos artifices ignorat? Quis doctiſsimi, & iam ferè decrepiti Socratis non admiratur & comprobat diligentiam, quẽ etiam in extrema ſenectute ſua non puduit in arte Muſica inſtrui? Et vt Tubalem Hæbræum Lamechi filium, Amphionem ipſumque Apollinem & alios innumeros pręteream, quis Regij vatis erga hanc artem non agnoſcit flagrans deſiderium & voluptatem ſummam? Canebat quidem ille Iopas Vergilianus inter regalia conuiuia Deorum & Heroum laudes ac errantem Lunam; Hic vero noſter diuinus Pſalmographus Iehouæ ſummo encomia & iubilationes: Et vt paucis comprehendam multa; Nõ exiſtimo inter inuentas ſcientias vllam, quæ plus delectamenti & recreationis quam ſola hæc adferre poſsit, qua propter etiam à Deo ipſo & natura hominibus, tanquam munus peculiare, ad leuandos triſtes animi affectus, donatum merito cenſenda eſt. Iam verò, poſtquam huic ſtudio à puero ferè incubuerim, & in eadem aliquantulum progreſſus fuerim, multorũ rogatu tandem mihi perſuaderi paſſus ſum, vt hanc qualemcunq; Anthologiam in publicum emitterem. Verum quũ nihil tam præſtans, nihil tam illuſtre, aut vtile inueniatur, quod ſuos non habeat Zoilos, viſum fuit, vt ab iiſdem facilius vindicarer veterum conſuetudine, eidem Patronum & protectorem aliquem ſeligere: Sicuti namq; milites ij h oſtium inſultus & limites eò effugiunt tutius, quò illuſtrioris & generoſioris ducis vexillo ſunt cõmuniti; eadem ratione videbatur etiam huic meo fœtui primo, ex caſtris quaſi Muſarum prodeunti, proſpiciendum. Deliberanti autem mihi diu, quẽ ad hoc potius eligerem, occurrebat tandem, poſtquam iam opellæ faſtigium eſſet impoſitum, Reuerenda & Illuſtris tua Generoſitas, idq; potiſsimum hiſce de cauſis; Quod illam in cõtinuis, tam publicis quàm priuatis occupationibus animum rebus ſerijs defatigatum, hoc exercitationis genere recreare, eaque de cauſa peritiſsimos huius vrbis Muſicos quandoq; ad ſe vocare, ac pro innata ingenij comitate humaniter excipere ac fouere, imò pro ſingulari in hanc ſcientiam affectu lectiſsimam omnium ferè Muſicalium Inſtrumentorum ſupellectilem domi ſuæ curiosè aſſeruare, certiſsimè intelligerem. Dein verò, vt ipſum opuſculum, ſiquidem primitiæ meę, à nominis veſtri gloria aliquem ſplendorem caperet. Accipe igitur Reuerende, Illuſtris ac Generoſe Domine, hunc meum qualemqualem laborem, & mei & eiũſdem te Patronum & Defenſorem exhibe illuſtrem, quod ſi ab Reuerenda & Illuſtri generoſitate tua obtinuero, me voti mei compotem exiſtimare potero, & in poſterum demereri pro virili non ceſſabo. Vale Reuerende, Illuſtris ac generoſe Domine. Datæ Coloniæ Agrippinæ. 4. Nonar. Septemb. Anno 1594. æra nouata.

Reuerendæ & Illuſtri Generoſitati veſtræ perpetua obſeruante voluntate deditiſsimus.

Adrianus Denſius.

INDEX CANTIONVM ET CHORÆARVM QVÆ HOC IN LIBRO COMPRAEHENDVNTVR.

MOTETAE.

QVATVOR VOCVM.

O quam glorioſum	Lodovvicus à Victoria	1
Domine non ſum dignus	Idem.	3
Miſerere mei 2. pars.		4
Laudate Dominum	Bernardin Moſto	5

QVINQVE VOCVM.

Guſtate & videte.	Orlandus Laſſus	6
Diuites eguerunt 2. pars		9

NEAPOLITANAE.

TRIVM VOCVM.

Ogni vita	Lodovvicus Torti	11
Dal primo giorno	Idem	11
Vaghe beliczze	Idem	12
Delle voſtre ſciocchesſe	Gaſpar Coſta	12
Azzai promette	Idem	13
La veneno ſa viſta	Idem	13
Se del mar ſi ſeccaſſer	Idem	14
Crudel laſcia ſto core.	Idem	14
O Chiome rilucenti	Idem	15
Amor e ſatto	Idem	15
Vdite noui amanti	Idem	16
Fuggirò	Paulo Bellaſio	16
Fuggit' amore	Giou: Dominico danola	17
Non puo ſentir	Gio Giac: Gaſtoldi	17
Licto cantai	Cæſar Borgo	18
La gratia e la beltade	Idem	18
Ahiiſſi	Gio: Giac Gaſtoldi	19
S'in fede del mio amore	Idem	19
Ahi che mi tiene	Idem	20
Mentre ſcherzaua	Idem	20
Non ſi ſa dimmi	Ioannin Fauereo	21
Madonna di cucagna	Idem	21
Gut Singher	Leonardus Lechnerus	22
Adeniszart	Idem	22
Mi tra d'hoggi	Gaſtoldi	31

NEAPOLITANAE ET MADRIGALES

QVATVOR VOCVM

Coſa non vadi	Orazio Vecchi	23
Occhi ridenti	Idem	23
Mentre io campai	Idem	24
Riſpoſta. Mentre io viſsi		24
O Tu che vai	Idem	25
Il cor che mi rubaſti	Idem	25
Lucilla io vo morire	Idem	26
Cor mio ſe per dolore	Idem	26
Dormiua amor	Feraboſco	27
O Monti o fiumi	Idem	27
Che giouerebbe hauer	Idem	28
Danſar vid'io	Idem	28
Donna ben ch'io	Idem	29
Io ſtanco & laſſo	Idem	29
E vn ſol in cielo	Idem	30
Che mi giouaſeruir	Idem	30
Merauiglia d'amore	Idem,	31
Deſir che tanto ſalli	Gaſpar Coſta	32
Godi pur del bel ſen	Idem	32
Io vorrei pur hormai	Idem	33
Lottaua ſera	Idem	33
Giouani vaghi	Idem	34
Come farò	Idem	34
Al diparrir	Idem	35
Amor s io poſſo	Idem	35
Se doppo mille manifeſte	Idem	36
Di pianti e di ſoſpiri	Idem	37
Mentre lontan	Idem	38
Non ſi puo piu	Idem	39
Per pianto la mia carne	Idem	40
La virginella	Baldaſar Donato	41
G'occhi	Gaſpar Coſta	42
Venite maghi	Idem	42
Diſſe á l'amata mia	Luca Marenzo	43
Veggo dolce mia	Idem	44
Ridon di maggio	Haſlerus	45
Chi mi dimandará	Idem	45
Mir hab ich gentzlich	Leonardus Lechnerus	46
Wo iemandt luſt	Idem	46
Vray Dieu diſoit vne fillet.	Orlandus	93

MADRIGALES

QVINQVE VOCVM.

O dolce vita mia	Giulio Renaldi	47
Veux tu ton mal	Orlandus	48
Le voulez vous reſponce		49
Que me ſeruent	Philip. de Monte	50
Eſt il poſsible	Orlandus	51
Dell'auro crin	Idem	52
Con le ſtelle. Seconda parte		53
Hor penſat'al mio mal	Iuo de vento	52
Verament'in amore	Philip. de monte	55
Elle s'en va	Orlandus	55
Madonna ſe volete	Hieron. Veſpa	57
Madonna poi ch'vccider	Luca Marenz	58
Amor deh dimmi	Gio: Maria Nanino	59
Ohn dich muß ich mich	Lechnerus	59
Chiamo la morte	Theodor° Riccius	60
Mamma mia cara	Idem	60

SEX VOCVM.

Se tu m'ami	Andreas Gabrielis	61
Non ti sdegnar	Idem	62

INDEX.

FANTASIAE ET CHOREAE.

Fantaſia Prima	62	Eiuſdem Galiarda	85
Fantaſia Secunda	63	Allemanda Prima	85
Fantaſia Tertia	64	Allemanda Secunda	ibid.
Fantaſia Quarta	65	Allemanda 3.	86
Fantaſia Quinta	65	Allemanda 4.	ibid.
Fantaſia Sexta	67	Allemanda d'Alliance	87
Fantaſia Gregorij Hovvet	ibidem	Allemanda Brunette	87
Fantaſia alia eiuſdem	70	Allemanda Ich dancke Gott	ibid.
Fantaſia Nona	ibid.	Allemanda Octaua	ibid.
Fantaſia Decima	69	Allemanda de Fleur	88
Fantaſia Vndecima	ibid.	Allemanda decima	ibid.
Galiarda Prima	71	Allemanda vndecima	ibid.
Galiarda Secunda	72	Allemanda duodecima	ibid.
Galiarda Tertia	ibid.	Allemanda decima tertia	89
Galiarda Quarta	73	Eiuſdem variatio	ibid.
Galiarda Quinta	ibid.	Allemanda 15	ibid.
Galiarda Sexta	ibid.	Eiuſdem Variatio	ibid.
Galiarda Septima	74	Allemanda 17.	90
Galiarda Octaua, noua	ibid.	Allemanda d'Amour	ibid.
Galiarda Nona, noua	ibid.	Eiuſdem Variatio	ibid.
Galiarda Decima	75	Allemanda Imperial	91
Galiarda Feraboſci	77	Allemanda 21	ibid.
Paſſemezo in C ſol fa vt. b mol	75	Allemanda 22	95
Eiuſdem Galiarda	76	Courante de Vict. Montbuiſson	91
Paſſemeſo in G. ſol re vt, per b. mol	75	Alia eiuſdem	92
Eiuſdem Galiarda	76	Alia eiuſdem	93
Paſſemeſo in F. fa vt per b. mol	78	Courante	92
Eiuſdem Galiarda	78	Alia	94
Paſſemeſo in D. la ſol re per b mol	79	Volta	93
Eiuſdem Galiarda	80	Volta alia	ibid.
Paſſemeſo in G. ſol re vt per durum	80	Branle	94
Eiuſdem Galiarda	81	Alia	95
Paſſemeſo in C. ſol fa vt per b durum	81	Branle double	94
Eiuſdem Galiarda	82	Branle de Poitou	ibid.
Paſſemeſo in F, fa vt per b durum	83	Ronde	95
Eiuſdem Galiarda	84	Pauren Tantz	96
Paſſemeſo in D. la ſol re per b durum	84	Eiuſdem variatio	ibid.

Cæterum ne quid ſit quod candidum Philomuſen in hoc libro remoretur, ſciat nos, vbicunq; ſignum hoc (𝄋) occurrit, pro repetitionis ſigno vſurpatos eſſe.


Antasia prima.


Antasia 2.



1



Antaſia 3.





1

Antafia 4.





Antasia 5.











Antasia 6.


















Antaña Gregorij Howet.





Antasia alia eiusdem.




Antasia 10.

Antafia 9.




Antasia 11.



Aillarde.




Aillarde.


Ailiarde.

Aillarde.



Aillarde.

















Aliarda.



Aliarda noua.







Aliarda noua.











Allarda.











Affemezo è C fol fa vt, per b mol.





Aillarde.




Assemeso in G sol re vt. b mol.



Aliarda.











Agliarda di Fcraboſco










Assemeso in F. b mol.


Aliarda











Assemezo in D la sol re, b mol.











Aliarda.


Afsemezo in G fol re vt.













Aliarda.











Assemezo in C sol fa vt. b durum.



























Aliarda






Assemezo in F fa vt, B duro




Aillarde.


Asemezo in D la sol re, b dur.

Aillarde



Allemande.



Allemande.


Llemande.


Llemande.
Ipresa.



Llemande Dalliance





Llemande Brunette


Llemande Ich dancke Gott.
Llemande



Llemande de Fleur.



Llemande.


Llemande.
Llemande.



Elemande.





Ariatio præcedentis.

Llemande.

Ariatio præcedentis.


A
Ilemande.



R
Eprinſe.


Llemande d'amour.
Ariatio præcedentis

Llemande Imperial.

Llemande.


Ourante de V. Actor de Montbuiſon.



Ourante eiusdem









Ourante






Ourante de Victor de Montbuiſſon.


Olte.
Olte.


Vray Dieu disoit vne fillette.











Ranle.













Ranle.

















Llemande



Auren Tantz.





Epriſe.



Ariatio



TREE EDITION